



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus

Lessius, Leonardus

Antverpiæ, 1632

25 Vtrum animæ occisi aliquid restituendum ex iustitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

110 Lib.2. Cap.9. *De iniur. in corpus prox.* Dub.23.24.25.& 26.

potest, ut obligetur ex charitate ad aliquam pecuniariam satisfactionem, si heredes sint pauperes; & non putentur merorem aliter depositari; & ipse eam sine grani incommodo possit præstare: tunc enim videtur saltem ex charitate & quadam æquitate naturali teneri. forte hoc voluit D.Thomas.

Secundò, Si vir nobilis aut alius occisus sit, qui nihil lucri faciebat, nihil restituendum, præter expensas in medicos, si quæ factæ sunt.

Tertio, Patet responsio ad contrariam rationem: non enim omne damnum ex iustitia est compensandum, ut patet de domino spirituali, quod tamen maximum est. Neque mirum vide ri debet, si pro vita animalis fiat restitutio, non autem pro vita hominis liberi; quia vita hominis liberi est supra omne pretium pecuniarium & humanum, sicut & bona spiritualia: non tamen vita animalis, vel mancipij. Hinc tamen non sequitur, minus est peccatum occidere hominem, quam bestiam.

146 Dices, L. Prator edixit. 7.§.6.π. de iniuriis, dicitur: *Possit hodie de omni iniuria, sed & de atroci culteragi, Imperator rescripti: ergo potest agi in Iudicio de domino vita fariendo.*

Respondeo, Negando consequentiam. Aliud enim est agere de iniuria vindicanda, aliud de domino fariendo. iniuria enim non debetur restitutio, sed vindicatio & mulcta etiam pecunaria, quæ fit opere Iudicis: satisfactione etiam debetur, sed non pecunaria, ante sententiam. itaque potest ciuiliter agi, quia potest exigi aliqua satisfactione pecunaria, per Iudicem imponenda.

D V B I T A T I O X X I V .

Vtrum aliquid restituendum pro expensis funeris.

147 Pro expen-
sis funeris.

R E spondeo, Ordinariè nihil pro his expensis restituendum; quamvis contrarium affirmet Nauartus cap. 13. num. 22. Ratio est, quia etiam si naturali morte obiissit, nihilominus ha expensæ fieri debuissent, unde per occisionem nihil damni ex hac parte illatum; nisi forte ex acceleratione, eò quod citius isti sumptus fieri debuerunt, quibus adhuc aliquid lucri facere potuissent: sed hoc sub lucro cœstante comprehenditur. Vel nisi extra patriam, aut alieno loco occisus sit, vbi maiores sumptus, quam domi fieri debuerunt; quod pertinet ad damnum emergens.

D V B I T A T I O X X V .

Vtrum animæ occisi aliquid restituendum ex iustitia.

148

Non ex
iustitia.

S Cetus dist. 15. qu. 3. art. 2. Gabriel, Adrianus, & Angelus suprà, docent, Si homicida subeat pena talionis, nihil amplius deberi pro vita occisi: si non subeat, debere satisfactione pro vita illius, bonis spiritualibus, per elemosynas, orationes, Missas, &c.

Sed communior sententia est, non obligari ex iustitia ad hanc restitutionem; quamvis sit saluberrimum consilium, & æquitas naturalis videa-

tur quodammodo postulare. Vnde merito pro satisfactione sacramentali, ipsi à Sacerdote potest iniungi. ita docet Sotus lib. 4. qu. 6. art. 3. ad tertium. Silvester suprà, & alii.

Ratio est, quia bonum spirituale non potest esse pretium rei temporalis; ergo non potest ex iustitia deberi pro damno vitæ. Antecedens probatur; quia sunt res diuersi ordinis; & vita per hoc non restituunt nec in se, nec in equivalenti, quod apud homines habeat parem estimationem.

Dices, Deberi hæc bona non pro vita, sed quia illum priuauit facultate merendi & satisfaciendi.

149 Respondeo, Facultas merendi est irreparabilis, similiter meritum amissum est irreparabile: quia meum meritum non potest alteri donare, ita ut *Facultas* *merendi.* fiat ipsius. Deinde priuatus huius facultatis non potest vlo opere nostro compensari, sicut nec vita. Et quamvis satisfactione vnius alteri prodesse posset; non tamen constat, an alter aliqua satisfactione sit priuatus, nec vtrum ei profutura sit. Denique non potest in his certa mensura constitui, quæ lege iustitia debeat.

D V B I T A T I O X X V I .

Vtrum tantummodo uxori & liberis, an etiam alijs restituere teneatur, ut creditoribus, & ijs quos occisus alebat.

M Vlti DD. sentiunt, His omnibus facientdam restitucionem, quia per iniuriam impediti. Verùm hæc sententia est valde difficultis in praxi, & forte in rigore non vera. vnde

150 Respondeo & Dico Primò, Probabile est, homicidam non teneri creditoribus defuncti. Colligitur hoc ex dictis suprà dub. 15. & 16. Tenent Sotus, Salomius, Lopez, & alij ibi citati.

Probatur, Nam planè per accidens obuenit damnum creditoribus: non enim illa actio occisionis ex natura sua, vel vt plurimum est ipsis damnosa: ergo non est iniuria in illos.

Secundò, Qui creditor non habet ius in debitorem, nisi quantum extendunt se bona, quæ actu haberet, vel quæ verisimiliter erat habiturus: ergo cum homicida restituit heredibus, in quos obligatio defuncti transfertur, ea quæ ipse putabatur luctratur, non facit iniuriam creditoribus: posunt enim ab heredibus solutionem petere.

Tertio, Creditor non est ita coniunctus debitori, vt damnum, quod huic fit, debet censeri fieri creditori: nam solum per accidens, seu ciuilis modo ei coharet; qua ratione innumeris possunt cum ipso coniungi. Absurdum autem videtur, omnes eos, qui cum ipso contrahunt, habere ius iustitiae in ipius inimicum, ne ipsum occidat. Confirmatur; quia qui cum aliquo contrahunt, debent videre an ille habeat sufficientia bona, vel certe curare, vt det sufficientem cautionem: quod si non fecerint, sibi impudent; non enim tenetur inimicus ex iustitia tam procul respicere.

Quartò, Non videatur hæc obligatio vnu recepta, immo communi hominum iudicio non censetur homicida creditoribus obligatus, nisi forte ea intentione occiderit, vnu observet.

Dices Primò, Homicida tenetur filiis occisi, quia parentis illis ex iustitia obligabatur: ergo cum *Filiis* etiam